Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra
& transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatę sunt aquę eorum contur bati
sunt montes in fortitudine eius. ℣ P.

Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei sanctificauit
tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non commouebitur adiuuabit eum
deus mane diluculo.

Conturbatę sunt gentes & inclinata sunt regna
dedit uocem suam mota est terra.

Dominus uirtutum nobiscum suscceptor noster deus iacob. ℣ P.

Venite & uidete opera domini quę posuit prodigia super
terram auferens bella usq. ad fines terrę.

Arcum conteret & confringet arma & scuta com
buret igni.

Vacate & uidete quoniam ego sum deus exaltabor in
gentibus & exaltabor in terra.